

pena vigintiquinque libr. par. pro quolibet et vice qualibet contrafacta. ¶ Et simille rodollum habere debeat dominus potestas penes se, quod suo successori dare debeat sacramento.

Cap. LXXI. De mallefitio comisso extra civitatem inter cives. R.ca. 5

161 A Taliter statuentes duximus ordinandum // quod, si de quolibet malefitio comisso inter cives Tergesti ubique locorum, ubi sive in qua parte per potestatem vel rectorem ipsius loci, ubi factum fuerit malefitium, punitio sive condempnatio dicti malefittii facta non fuerit, dominium Tergesti de dicto malefitio facere debeat rationem secundum formam statutorum Tergesti, statuto de homicidio et membro mancho in suo robore permanente. 10

Cap. LXXII. Rubrica de civibus delinquentibus contra forenses et e converso. 15

Volumus quod de quolibet malefitio comisso inter civem et forensem et e converso, in penis secundum formam statuti Tergesti ad quas incursissent, sit in libertate dominii de condepnando cives delinquentes contra forenses a penis in statutis contentis inferius et non ultra. ¶ Et si reperiretur aliquem talem civem fore condempnatum a penis in statutis contentis superius, id quod plus condepnaretur sit cassum nec 20
exigi possit. ¶ Forenses vero delinquentes contra forenses vel contra cives, sit in libertate dominii Tergesti de condempnando tales forenses a penis contentis in statutis superius et inferius ut sibi placuerit. ¶ Exceptis statutis de homicidio robaria furto et membro mancho, qui remaneant in suo robore secundum formam statutorum, hoc presenti statuto non ob-

161 B stante. //